

Mythologia, Venise, 1567 - VI, 06 : De Circe

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[66-67\] : De Circe](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VI

[Mythologia, Francfort, 1581 - VI, 06 : De Circe](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VI

[Mythologie, Paris, 1627 - VI, 07 : De Circe](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VI

[Mythologie, Lyon, 1612 - VI, 06 : De Circe](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - VI, 06 : De Circe, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/878>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4
Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 173r°-175v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Circé](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

gesque contemptur, difficillime postea a seculibus coeretur: cum mos diurnus consuetudo natura postea sit auctis hominibus. Neque aliud sanè Labyrinthi viarum inexplicabilis circuitio significare voluit, nisi illū, q semel illegitimis se dedidisset, sine summa difficultate se explicare postea non posse ante extremum vitie diem; aut sine summo Dzedali ingeniosi admonitoris artificio. ac de Pasiphae ita breuiter; nunc de Circe dicamus.

De Circe.

Cap. VI.

Circe, ut scripsit Hesiodus in Theogonia, Solis & Perseidis Oceanī dicitur fuisse filia in his;

Αἰτεῖ δέ την Τίκην οὐρανού
πεπάσαι, κινδυνού, τούτη μάτην Βερβάνην,
σολι indefesso peperit Perseis ac olim
Αεταν regem & Circeen, clarissimā, natos:

Homerus tamen in libro .. odyss. illum Solis & Perseos filiam, at non Perseidis inquit in his carminibus;

Αἴτειον οὐρανού αγείαντες, πεπάσαι
αίρει ιδεόκατι την Στέλλαντεων,
μεταναστήντες λαζαρίου αιετού.
Αἴτειον ιεράτης φαντασθήτε εύλογος
Μετεπέιτα νύπει, την διαστήτην μάτην.
Venimus Aeetz polihrc ad licora terræ,
Hanc Circe coluisse grauis Dea dicitur, illa
Prudentis soror Aeetz fuit; ortus vterque
Semine de Solis nitidi narratur, & illis
Oceano Perse mater fuit edita magno.

Alli crediderunt Hecates, alli Aeetz fuisse filiam, at non sororem. Alli contra Alteropes & Hyperionis filiam tradiderunt, sicuti reflatur Orpheus in Argonauticis: cuius miram fuisse pulchritudinem inquit, cum splēdotis 30 radii ex illius capite emicarent, ut patet ex his;

Αἴτειον ιεράτης πολιχρόνης αιετού
Θεάντος θυσίαν την πεπάσαι.
μεταναστήντες λαζαρίου αιετού.
Θεά θυσία λαζαρίου αιετού πολιχρόνης
Διάμβολος δεσμούτος. Διάτη οπατού πολιχρόνης
Οπατού δεσμούτος διάτη οπατού:
Τικης δέ νάτη οπατού ηγετε.

Aeetz affinis, coniunctaque sanguine, Solis
Filia; quam proprio dixerunt nomine Circeen.
Alteropeque parent, Hyperionque est avus. illa
Velox occurrit navi, cuncti aspicientes
Pertinuere viri: flammæque simillimus ardor
Crinibus auratis illi affuit, igne decora
Splendebat facies. superisque simillima Diuis.

At Dionysius Milesius libro primo Argonauticorum scriptum reliquit hanc Hecates Persei & Aeetz filiæ fuisse: nam Persea & Aeeta filios Solis fuisse inquit, quorum Aeeta Colchis & Meoticis, at Perseus Tauricæ regioni im-

X x perauit,

Mythologiae

perauit, duxitq; uxorem quandam ex indigenis, quæ Hecate dicebatur. Fuerunt qui dixerint Perseum è nymphâ quadam indigena Hecaten viraginem suscepisse venationibus magnopere deditam, quæ prima omnium latiferas radices inuenit, peritisimaque fuit conficiendarum venenorū, ac medicamentorum, quæ in hospitiis experiebatur: quippe cum patrem etiam suom venenis luctulerit. Hanc primam vim aconiti obseruallis tradunt, & verbenas etiam inter veneficas herbas reperiisse. Hanc ablegatam in Colchorum regionem Aee: x patruo nupissim inquiunt, è quo nata est Circe & Medea. Verum cum Circe facta esset senior, vel matrem ipsam veneficiorum peritis superauit: quippe quæ mulier ab ipsa matre didicisset, pluraque ipsa experiens quotidiè excogitasset. Dionyphodus illam ætate iam matuta Sarmatarum regi nupissim inquit, quo paulo post venenis extincto ipsa regno sola potita adeo crudeliter subiectos populos tractasse dicitur, ut regno pulsa cum parua mulierum manu in Italiam fugere compulsa sit, & in promontorio, quod ab ipsa posita Circum dictum fuit, confederit. Alii duas filie Circes memoriæ, atque ambarum res gestas ad unam detulerunt. Vocata fuit Aeëa Circe ab Aeëa insula Phanidu fluvio propinquæ in Colchica regione: quam tamen insulam nonnulli esse in freto Siculo crediderunt. Apollonius Rhodius lib. 4. Argonau. Aeëgam insulam in Italia apud

10 20 Tyrhenorum agrum esse scribit in his:
septendimq; istisq; si q; dñe vñpia r̄t̄s
sōt̄s dñt̄s r̄p̄luidas d̄sp̄m̄t̄s,
q;nd' alij s̄p̄t̄s s̄lvt̄s - iñd' ñp̄t̄s
p̄sp̄t̄s t̄s' dñs q̄z dñs bñt̄s. iñd' alij
Eñp̄s dñs r̄t̄s q̄d' iñp̄p̄l p̄t̄s.
Inde cito fluctus perlabitur uncta catina.
Ausoniæ apparent Tyrrenæ litora terræ:
Aeëaque petone portus: de puppe rudentes
In litus iaciunt. hic Circen aspiciunt, quæ
Arte comas madidas ornabat ab æquore aptica.

30 Hæc ancillas quatuor dicunt habuisse, quarum opera in conficiendis veneficiis, & in legendis herbis, herbarumq; floribus vrebatur, ut scripsit Paul. in prioribus Eliacis. at Ouid. lib. 14. Metamorph. Nereidas & Nymphas eo fungi officio scripsit his versibus:

Nereides, Nymphæ q̄m simul, quæ vellera motis
Nulla trahunt digitis, nec sua sequentia ducunt,
Gramina disponunt; sparsosq; sine ordine flores.
Secernunt calathis, variisq; coloribus herbas.
Ipsa quod hæc faciunt opus exigit, ipsa quis vñs,
Quæq; sit in folio, quæ hæc concordia mittit.
Nouæ et aduentens pensas examinat herbas.

Vtibatur & motacillæ carne in veneficiis, sed in amatoiis præcipue; quam fabulantur faulæ Suadæ filiam; quæ cum Iouem pharmacis in sui deliderium attrahere conaretur, à lunone in asem lui nominis mutata est: nam Jynx vocata est à Græcis. Hæc homines in varia brutorum genera vestire solita dicitur per vires collectarum herbarum; de quâ ita scripsit Virg. lib. 7.

Hinc exauditi gemitus, iræque leonum
Vincula recusantum, ac fera sub nocte rudentum:

Setigetijs

Setigerique sues , arque in praesepibus vris
Sxuire , ac formæ magnorum v lulare luporum .
Quos hominum ex facie Dea sua potentibus herbis
Induerat Circe in vultus , ac terga ferarum .

Quos cibos iis daret Circe , quos in eas formas vertere cupiebat , significauit
Lycophron his carm.

πίστας δὲ οὐρανού τε καὶ γῆς
Δράκων τε ποιότες διάφορος , θρίξ ,
καὶ κύριον ποντίμορφος ; εἰδὲ δέσμορος
Τίνεται ἀπό τοῦ φύσιος φορβάλιο
Τηλεφόρος χαλκὸς σκαρπερίδης προύστη
καὶ Τίναρος πράσινος ἀλλαχεῖ βλαβέας
Μύλον τεσσάρος ἥβας , ταῦτα κτάρις φάντης ,
Νησαριτες τρικήφαλοι φαέρεις θύει .

Quam non ferarum sigulam intuebitur
Dracæna subiget ut farinis hordea .
Fatumque vertet in feras i miselli at hī
Querentur infortunium facti sues ,
Edeneque acinos vix hara inclusi . sed hunc
Radix ab ipso subtrahet periculo
Vocata moly . liberabit hunc triceps
Nonacriates visus , & Ctarus Deus .

10

30

Hec ita scriptit Ouid. in libro t 4.

Nec mora : misceri tosti iubet ordea grani ,
Mellaque vimis meri , cum lacte coagula passo ;
Quiq; sub hac lateant furtim dulcedine succos
Adiicit : accipimus sacra data pocula dextra .

Nam cum cibos hos illis portexisse poculo hausto ac virga quadam tacti cū
quibusdam magicis verbis subito in feras vertebantur . ita Vlyssis socios
versos esse scriptit Homerus in libro 2. odysl. cum rameo Vlyssem vertere
nequiuerit , qui antidotum radicem moly aduersus beneficia à Mercurio ac
ceperat . Sunt enim beneficiorum remedia credita , moly , stella marinus pi
scis , lapillus Iaspis , rhamnus , salix , pulicaria , aliaque multa plantarum ,
Iapillorum , animaliumq; genera . Hec cum Vlyssis versata Agrius ac La
tinum peperisse ex eo dicitur , vt in his ait Hesiod.in Theog.

30

τίνεται οὐρανού τε καὶ γῆς
Τίνεται τακτοπορίας λεφάτης
Αγρίου , εἰδὲ λατίνης ποντίμης τε κτάρισης .
Filia Solis at hinc Hyperionis edit Vlyssi
luncta thoro Circe duo pignora . dicitur alter
Agrius , sīt alium prisca dixerit Latinum .

40

Habuit Telegonum etiam filium Circe ex eodem Vlyssis , & Ausonem . & Ca
siphonem , veruntamen si ridiculum est , vt ait Zez. hist. 16. chil. 5. quod cum
Vlyssis unum annum versata tres filios pepererit , quanto magis abhorret à ve
ritate vt quinque genuerit ? memor prodidit Strabo lib. 9. Circes mortuæ
sepulcrū in altera Phæmacusarum insularum , quæ non procul distant à Sa
lamine , erexitur fusse . atq; de Circe summatim hæc dicta sunt : nunc quid
per hæc senserint antiqui , perquisamus . Circe Solis & Perseidis filia oceani

Xx 2 fuit

Mythologiae

fuit filia, vel Hyperionis & Asteropes, ut aliis magis placuit, quia ex humore & calore solis omnia nascuntur. Dicitur enim Circe a miscendo, quia in generatione necesse est ut hæc, quæ vocantur elementa, miscentur, quod non nisi per motum solis fieri potest. Est enim Perseus tel Perse Oceani humor, qui vel materix vel suminx vicem obtinet; sol artifex aut mas, qui autor est forma in generatione rerum naturalium: quare generatio & commissio illa quæ sit in generatione naturalium corporum merito Circe, & Solis ac filie oceani filia dicta fuit. Credita est hæc Circe esse immortalis, quia perpetua sit elementorum inter se generatio & corruptio. Hanc crediderunt antiqui homines in diversa animalium genera commutare, quoniam ex unius corruptione nunquam eiusdem forme aliud nascitur, sed longe ab eo diuersum; putaruntq; illâ Aeacum insulam habitasse, ob morbos & querelas animalium, quæ paulatim debiente vi compositorum diversis molestiis afficiuntur. nam, x, x, heu, heu, significat. Hæc cum omnes reliquos homines in belluas commutari, Ulysses tamen mutare non potuit, quia Deorum immortalium munere, quominus id pateretur, erat communis. Quo enim pacto diuina & immortalis existens anima Dei optimi beneficio vel solis, vel vilæ vi naturæ poterit corrupti? aut quo pacto diuina ratione communis poterit in belluam commutari? possunt idquidem pati animæ comites, elementa scilicet, quæ sunt in corpore immortali animæ annexa & coniuncta - at anima ipsa nullo pacto potest, cum diuinæ naturæ sit à Deo procreata. per hæc igitur immortalem esse animam, ut ego quidem sentio, significarunt; quamvis corpus & multis morbis, & corruptioni denique sit subiectum. cum vero Circe missio sit, ut dictum est, in rebus naturalibus proprii motum solis iure tot res per veneficia dicitur fecisse. Lunam de cœlo deduxisse, stellæ flumina, arbores ac segetes alio transstulisse, quæ passim scribuntur à poetis; nam cum vapores plurimi exurgunt, quis non vidi Lunam aliquando vel ad medium mensem occultari, aliquando propter penumbram imbrum vel fontes ipsos arescere, neque ex iis flumina defluere? atque accidit propter humoris penumbram aliquando ut ibi segetes nullæ sint, ubi fertilissimæ esse consueverunt; ibique sint vberiores, ubi nullæ fuerunt antea. neque hoc sane vila alia sit ratione, nisi vicinitudine naturæ, quæ nascitur è commissione elementorum, sicut illud magis aut minus sit. Atque hæc quidem sunt, quæ sub hac Circæ fabula ad physicam rationem spectantia continebantur, ut ego quidem sentio; quæ tamen omnia ad Chemicam scientiam nonnulli deducere conantur, cum eius rei gratia, ut non vel physice vel morum institutionis hæc ficta ab antiquis contendant. Sed ut hos pretermittam, tam ingeniosi fuerunt fabularum artifices antiqui, quæ à poetis celebrantur, ut non res physicas tantum sub eorum nouulæ complexi fuerint, sed etiam in vniuersam humanam vitam utilissima precepta tradiderint. Age vero paucis ea, quæ sub hac fabula continentur, ad mores informandos spectantia percurramus. Circe solis & Perseidis filia Oceanî filia fuisse dicitur, quia libido ex humore & calore sit in animalibus. Hæc cum naturalis sit titillatio ad voluptates excitans; si nobis dominetur, belluarum vita in animis nostris impunit, facitque cum syderum aspectu, & cum illis conspirat, quorum alia ad Venerem & ad commissationes, alia ad iram, crudelitatem, improbitatemque omnem nos alliciunt, idcirco si his cupiditatibus aliquis pavet, cum fabulantur in aliquam formam bellum
a Circe

Mythologiæ

inconstititia impulerit: quare mutati fuerunt in bellus Vlyssis socii, cum ipse inuitus ob sapientiam, quæ vere est Dei munus, perfliterit. At nunc dicatur de Medea.

De Medea

Cap. VII.

Medea verò filia fuit Aetox Colcorum Regin & Idyix, sicuti tellatur
Hesiod. in Theogonia in his;

10

Διατούρης οίκος φωτογράφων του Αθηναϊκού
επίκρατου ταλαιπωρευτικού σταθμού.
Επίσημη, διάδοχη της παλαιάς καλλιτεχνικής
της εποχής της έπιπλητης φωτογραφίας, η φωτογραφία
του Διατούρη ήταν η μόνη που μετέφερε

*Acta vxorem duxit de semine clari
Prognatus Solis natam de semine magni
Oceani Idyiam pulchram; sic fata iubehant.
Iuncta in amore parit Medeam deinde puellam
Præstantem formam; iunxit Venus alma maritum.*

20 Fuerunt enim Aloeus & Aeeta Solis filii, è quibus cum Aeera imperio pa-
terno minime contentus in Colchos profectus esset, Corinthi regno pater-
no Buno Mercurii filio interim permisso, Idyiam Oceani filiam in Cyzca
Colchorum ciuitate duxit, è qua Medeam & Absyrtum suscepit. Aeeta so-
rotres Pasiphaen & Circen habuit, et, vt putarunt alii, Calypso: vt dixi-
mus, huius genus ita Cicero attigit libro 3. de natura Deorum; Quid Me-
dex respödebis? quæ duobus auis Sole & Oceano, Aeeta patre, marre Idyia
procreata est. Quid huius Absyrti fratri, qui est apud Paenitentem Egialeus?
quare & Eurip. in medea Solem patris medex patrem inquit hoc pacio;

30

**Iura per Terram, Soltemus qui patris pater
Mei fuit.**

Euphorion & Andron Teini in nauigatione Hecates filiā fuisse Medeam arbitrati sunt, at Heraclides Ponticus Nezza vnius Nereidum filiam fuisse scripsit: Quid tamen in Epistola Helenae Ipsę filiam illam scribit, sororeq; habuisse Chalcione, ut sit in his:

Non erat aetates, ad quem despexit venire,
Non Iusta patens. Chalciopeus sutor.

10

Non spuma patens, Chalciopeq; toro.
Apollon. lib. 3. Argonaut. Medeam vocavit ipsam etiam Aeçam, vel quia Circes artibus veteretur, vel quia pernicioſa exenterit compluribus. Fama est enim illam Iasonis amore captam patrem & patriam & regnum prodiſie: Nam cum Iason cum lectissima Thessalorum manu Felix iuſſu in Colchos nauigasset ad aureum vellus capiendum, periculorum magis: uinem verita Medea, ne iis Iason obrueretur, fecit data ſibi fide quodam eam uxorem duceret, ut per magicas artes vim periculorum Iason milio negotio superauerit, & aureum vellus tufo auferendum accepert. Mox cum frater Absyrtus illam inſequeretur, fertur illum comprehenſum iuxta Absyrtides insulae ne caſſe, ut ait Sera. lib. 7. Alii tamen dicunt, inter quos fuit Acaſilans, Medeū fratrem ſecum abduxisse, & cum instaret patres persequens eum diſerphile,